



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

165. fer. 5. Quomodo orandus Devs, ut nos sibi uniat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Feria s. Dom. infra Oct. Ascens. 289

Timorem castissimum, juxta quæ ordinabo  
Orationem Dominicam.

MEDITATIO CLXV.

Feria s. Domin. infra Oct. Ascens.

Quomodo orandus DEVS, ut  
nos sibi uniat.

C Ollocabo me inter Thronos, abstractos  
affectu à creatis omnibus, addictos vo-  
luntati Dei, & subordinationi, ad Coloss. I.  
Petam, quomodo orandum, ut DEVS nos  
sibi uniat.

Conf Septem gradus infimos amoris di-  
vini 1. Diligere Dominum amore intempo-  
rali, quo omnia peccata odio habeam, o-  
mnem imperfectionem fugiam, & DEVM  
bonum meum omnibus præferam.

2. Diligere Deum amore inseparabili, ut  
velim eum semper præsentem habere, cogi-  
tatione, & affectu, donec in regno suo mihi  
plenè benedicat.

3. Diligere Deum amore infatigabili,  
quo nunquam cessem à contemplatione per-  
fectionum Dei, & desiderio perfecti amoris  
illius, & studio bonorum operum, donec  
illum inveniam, & in æternitate appre-  
hendam.

4. Diligere Deum amore dulci, quo ani-  
mæ Deus dulcescit, ad eum modum, quo

N amel

290 Feria 5. Dom infra Oct. Ascenſ. Feri  
mel, aut cibus suavissimus palatum inſcar:  
& insatiabili, quem fames & ſitīs iuſtitiae ad 1. De  
majora deſideria provocent, ita. ut nihil me amo  
ſatiet, niſi ille: nihil deleſtet, niſi ille: iſum ab o  
in omnibus quæram, & tunc magis experiam,  
cūm aliquid ejus apprehendero.

5. Diligere Deum amore libero, hoſta  
conſeruando, omnia magna ſpirituſ libu-  
rate perficiendo.

6. Diligere Deum amore incontamina-  
bili, quo, quidquid eſt in mundo concipi-  
ſcientiæ, &c. abiſciam, & me à ſeculo incon-  
ſaminatum cuſtodiāma.

7. Diligere Deum amore insuperabili,  
nullis cedendo adverſantibus, & cum Paulo  
dicendo: *Quis moſe ſeparabit?* quo non ſolum  
hoſti reſiftam, eumque cōcemnam: ſed quaſi  
unum quid cum Deo efficiar, ita ut hoſtem  
non ſentiam: juxta quos ſep̄tem gradus or-  
dinabo Orationem Dominicam.

#### MEDITATIO CLXV.

Feria 6. Dom. infra Octav. Ascenſ.

*Quomodo orandus DEVS, ut nos  
ſibi magis uniat*

**C**ollocabo me inter Cherubinos claris-  
te luminis divina mysteria perſpicientes.  
Ezech 1. Petam, quomodo orandus Deus,  
ut nos ſibi magis uniat,

*Conf.*